

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5314

Auteur(s) : Robert Picot, fils de l'écuyer Richard Picot [particulier]

Bénéficiaire(s) : Coutances (chapitre cathédral)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1272, juillet

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Robert Picot, fils de Richard Picot écuyer, vend au chapitre pour soixante livres tournois une rente de huit quartiers et quatre boisseaux et demi de froment, mesure de Bretteville-en-Saire, à la Saint-Michel ; seize pains et dix-huit poules pour regard ; dix œufs à Pâques ; quarante-quatre sous et un denier à la Sainte-Pernelle, la Saint-Michel et à Noël. Ces rentes sont assises sur des terres de Bretteville-en-Saire.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 44, p. 153-155.

Texte établi d'après a

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Robertus Picot, filius quondam Ricardi Picot, scutiferi, defuncti, vendidi et concessi et omnino in perpetuum dimisi viris venerabilibus et discretis capitulo et canonicis Constantiensibus pro sexaginta libris tur. quas michi propter hoc dederunt et persolverunt, scilicet octo quarteria quatuor bussellos et dimidium frumenti ad mensuram de Bretevilla juxta Cesarisburgum in decanatu de Sara annui redditus ad festum sancti Michaelis, sexdecim panes unumquemque de duobus denariis, decem octo gallinas de regardo ad Natale Domini, decem ova ad Pascha et quadraginta et quatuor solidos tur. et unum denarium tur. in denariis ad festa sancte Petronille et sancti Michaelis et ad Natale Domini annui redditus similiter, quos redditus michi debebant et reddebant et reddere tenebantur annuatim ad dictos terminos homines inferius nominati de terris et masuris seu herbegagiis quos de me tenebant in feodum in parrochia predicta, scilicet Radulfus de Valle Herouf quinque bussellos et dimidium frumenti, dimidium panem et dimidiam gallinam pro tribus virgatis et tridecim perticis terre sitis apud La Becuete in Devileclin ; Ricardus Odonis quinque bussellos et dimidium frumenti, dimidium panem et dimidiam gallinam de tribus virgatis et tridecim perticis terre, vel circiter, sitis apud La Becuete in Devileclin ; Johannes le Conart, unum quarterium frumenti, unum panem duorum denariorum, unam gallinam, quatuor solidos tur. ad festum sancti Michaelis, item alios quatuor solidos tur. ad festum sancte Petronille, unum denarium ad Natale, item viginti denarios tur. ad dictum festum sancte Petronille de tribus virgatis terre vel circiter sitis in Languelant, et de una virgata, vel circiter, sita apud [...] et sex virgatis et dimidia, vel circiter, sitis apud Le Seiz et Le Corbillon et tribus virgatis, vel eocirca, sitis apud Le Beiquet Guillelmi Columbel et de virgata et dimidia, vel circiter, sita apud materias de Cantepie ; Ricardus Petri, sex solidos tur. ad festum sancte Petronille predictum et unum denarium ad Natale Domini, de quinque virgatis et decem perticis terre, vel circiter, sitis apud Hayam de Digovilla, attingentibus ad vendif Ricardi Martini ; Rogerus Petri, duos bussellos frumenti, unum panem et unam gallinam de quadam virgata terre et viginti sex perticis terre vel circiter sitis apud Longos Campos juxta terram Ricardi Martini ; Ricardus Nayon, unum quarterium frumenti, duos panes, duas gallinas, tres solidos tur.

ad festum sancte Petronille de quadam virgata et triginta perticis terre sitis apud Fossatum de Fontibus, et de una virgata terre tribus perticis minus sita juxta Campum Piart et de una virgata et dimidia terre sita apud Le Closeiz et de una virgata terre sita a Monteeurs et de duabus virgatis terre et dimidia sitis apud Magnam Vallem ; Johannes dictus Senex, unum quarterium frumenti et dimidium busselli, unum panem duorum denariorum, unam gallinam de una virgata et dimidia terre sex perticis minus sita apud fossatum de Messeret ; Guillelmus le Marchant, unum quarterium frumenti, duos solidos et dimidium tur. ad festum sancti Michaelis, tres panes et tres gallinas, duos denarios pro servicio, decem ova ad Pascha, tres solidos tur. ad festum sancte Petronille, tres solidos tur. ad festum sancti Michaelis de sex virgatis et dimidia et sex perticis terre site apud L'Echeveq et de una virgata et dimidia terre butante ad Maien Haule et dimidia virgata butante ad curtas pecias et de situ domorum suarum et ortorum ; Guillelmus Liout, tres bussellos frumenti, unum panem, unam gallinam de dimidia acra et sex perticis terre sitis in Longis Campis juxta terram Ricardi Martini ; Robertus Pietort, duos bussellos frumenti, duas gallinas, unum denarium ad Natale Domini de quadam virgata terre sita apud La Pescherie et dimidia acra terre et quinque perticis butante ad fontem Faudi ; Guillelmus le Monnier, quinque solidos novem denarios ad festum sancti Michaelis et quinque solidos et novem denarios ad Pascha, duos panes, tres gallinas de quinque virgatis terre sitis inter suum herbegagium de mare de dicto herbegagio suo et orto et de septem perticis de marisco ibi prope ; Radulphus de Malopertuso, tres bussellos frumenti et unam gallinam de una virgata terre sita supra mare et dimidia virgata terre sita apud puteum ; Gaufridus Couillart, duos bussellos frumenti, unum panem, unam gallinam, tres solidos tur. ad festum beate Petronille de tribus peciis terre butante ad mare juxta terram Radulphi de Valle in uno loco et in alio juxta terram Guillelmi le Monnier ; Gorre Sanson duodecim denarios ad Natale, unum denarium pro riguardo, unum bussellum et dimidium frumenti et undecim denarios ad festum beate Petronille de dimidia virgata terre sita juxta Campum Vace prope mare et de duabus virgatis terre sitis in herbergagio ; Guillemus Hugonis de una virgata sita in Runtot et una virgata in Devileclin et dimidia virgata apud Longos Campos et dimidia virgata apud hayam juxta terram Johannis de Cantepie ; Henricus Sanson, tres bussellos et dimidium frumenti, unum panem, unam gallinam de quadam virgata terre et sex perticis que dicitur Campus episcopi juxta Campum Vace. Percipiendum, habendum et possidendum decetero in perpetuum annuatim predictis canonicis et eorum successoribus ad dictos terminos per manus dictorum hominum et heredum suorum seu quorumcunque dictas terras et herbergagia tenentium, libere, pacifice et omnino quiete, cum omni jure quod habebam et habere poteram ego et heredes mei in premissis sine contradictione et reclamatione mei et heredum meorum, salvo jure capitalium dominorum. Quos homines ejusdem canonicis ad hoc attornavi, delegavi penitus et dimisi, et poterunt ipsi canonici et eorum successores suam plenariam justitiam exercere in premissis pro dictis redditibus habendis, nisi singulis annis eisdem canonicis et eorum successoribus garantizare, liberare et deffendere contre omnes bona fide, vel in nostro proprio hereditagio alibi ad valorem excambiare, si forte garantizare non possemus, et ipsos super hoc servare indemnos, et hec juravi supra sacrosancta evangelia me fideliter servaturum et quod decetero contra non veniam ullo modo. In cujus rei testimonium perpetuum et munimen, presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Actum est hoc anno M^o CC^o LXX^o secundo, mense julii.